Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



Mar

petrus eos de illis ne videbat videruntque eum abulare super mare pu
tauerunt fantasma esse et exclamauerunt Omnes enim eum viderunt
et conturbati sunt et statim loquutus est cum eis et dixit eis Confidite
ego sum nolite timere Et ascendit ad illos in naue et cessauit
ventus et plus magis mirabiliter se supra modum Non enim intellexerunt de
panibus Erat enim cor eorum obcecatum Et cum transiissent pue
nerunt in terram genezareth et applicuerunt Cum egressi essent
de naui continuo cognouerunt eum Et percurrentes uniuersam
regionem illam coperunt in grabatis eos qui se male habebant
circumferre ubi audiebant eum esse Et quocumque introibat in vicos
aut in villas aut in ciuitates in platheis ponebant infirmos et deprecabantur
eum ut ut fimbriam vestimenti eius tangerent Et quotquot tange
bant eum salui fiebant Sequitur in viii capitulo

VII

Et conuenerunt ad eum pharisei et quidam de scribis ueni
entes ab ierosolimis et cum vidissent quosdam de discipulis eius
cibis manibus id est non lotis manibus manducare panes vituperabant
pharisei enim et omnes iudei nisi crebro lauent manus suas non
manducant tenentes traditionem seniorum Et a foro nisi baptizentur
non comedunt et alia multa sunt quae tradita sunt eis seruare bap
tismata calicum et vrceorum et eramentorum et lectorum Et interrogabant
eum pharisei et scribe dicentes Quare discipuli tui non ambulant
secundum traditionem seniorum sed cibis manibus manducant panem Ad
ille respondens ait illis Bene prophetauit ysaias de uobis ypocritis
sicut scriptum est Populus hic labiis me honorat cor autem eorum
longe est a me Sed uanum autem colunt me docentes doctrinas et
precepta hominum Relinquentes enim mandatum dei tenetis traditionem
hominum baptismata vrceorum et calicum et alia similia hiis facitis
multa Et dicebat illis Bene irritum facitis mandatum dei ut
traditionem vestram seruetis Moises enim dixit Honora patrem
tuum et matrem tuam et qui maledixerit patri aut matri morte morietur
Vos autem dicitis Si dixerit homo patri aut matri Corban quod est donum
quodcumque ex me est tibi proderit et ultra non dimittetis eum quidquam
facere patri suo aut matri Resindentes uerbum dei propter traditionem vestram
quam tradidistis et similia huiusmodi facitis multa hiusmodi Et adnocans iterum
turbam dicebat illis audite me omnes et intelligite Nichil est ext